



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||  
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per  
Quæstiones explicatur**

**Eisengrein, Martin**

**Ingolstadii, 1577**

**VD16 E 795**

XII. Quomodo verum sit Ezechielis dictum: Quacunq[ue] hora ingemuerit peccator, non recordabor peccatorum eius, si remissio peccatorum demùm in Confessione à Sacerdote est expectanda.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30362**



ipsis; ipsi verò tantum vt ministri & instrumenta illius ex dono, & gratia, & autoritate, & operatione ipsius.

Quomodò verum est Ezechielis dictum: Quacunq; hora ingemuerit peccator, non recordabor peccatorum eius; *Questio XII. Ezech. 18.*

si remissio peccatorum demùm in Confessione à Sacerdote est expectanda?

**N**ON obstat allegatum dictum Ezechielis, quò minus remissio peccatorum à Sacerdote in Confessione accipi debeat, cum illa promissio DEI, quâ gementi salutem æternam promittit, intelligitur, modò alia fecerit, quæ illi necessariò sunt agenda: Talem enim conditionem & legem admittunt sæpe Diuinæ promissiones; quando dixit Christus: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Certè hæc promissio non excludit necessitatem aliorum, putà, Pœnitentiæ, & obseruationis aliorum mandatorum. Similiter quando dixit: Qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, non propter hoc excluditur aliarum rerum necessitas. Ad hunc modum complur. alia Scripturæ loca sunt intelligenda. *Respõsio. Marc. 16. Ioan. 6.*